

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amor m  
cum fonte primo

Nullo modo onerosi sunt labores amancium  
sed ipsi delectant sicut uenancium,  
aucupancium, piscancium.

In eo enim quod amatur  
aut non laboratur aut labor amatur.

Augustinus in libro de sancta uiduitate.

nullo enim modo sunt onerosi labores amantium,  
sed etiam ipsi delectant, sicut uenantium,  
aucupantium, piscantium,  
uindemiantum, negotiantum, ludo aliquo sese  
oblectantium. interest ergo quid ametur.  
Nam in eo, quod amatur,  
aut non laboratur aut et labor amatur.

Augustinus Hipponensis, *De bono uiduitatis*,  
21.26 (CSEL 41, J. Zycha ed., p.338, ll.14-18).